



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Iustitiae bona sunt quinq[ue].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

tentiam D. Bernardus recitat dicens .  
 Rectus itaque Dominus hominem re-  
 ctum fecit. Item. Rectum Deus homi-  
 ni staturam dedit , forsitan ut ista cor-  
 poralis rectitudo hominem illum in-  
 teriore qui ad imaginem Dei factus  
 est , spiritualis suæ seruandæ rectitu-  
 dinis admoneret, &c. Secundo, quia ea  
 que sunt iustitiæ, pro magna parte na-  
 turaliter in corde hominis scripta  
 sunt. Vnde P. Augustinus . Furtum  
 certe punit lex tua domine. Et lex scri-  
 pta in corde hominum quam ne ipsa  
 quidem delet iniquitas . Quis enim  
 fur æquo animo patitur furem? Secun-  
 dum est scriptura. Psal. Sacrificate sa-  
 crificium iustitiæ, &c. Sap. Diligite  
 iustitiam qui iudicatis terram . Ter-  
 tium est, quia Deo multum placet.  
 Psal. Iustus Dominus, & iustitiam di-  
 lexit, &c. Prou. Quis sequitur iusti-  
 tiam, diligetur à Deo, &c. Quartum  
 est, quia homini multum prodest, Sed  
 vide infra.

Bern,

Auguf.

Pfal. 4.  
 Sap. 1.  
 & Ec-  
 cle. 4.

Pfal. 118.  
 & 10 .  
 Prou. 15

*Iustitiæ bona sunt quinque.*

**P**rimum est, quia à præsentis ma-  
 lo liberat. Vnde Daniel. Deus  
 meus misit angelū suum & con-

Dan. 6



CHRISTIANA

clufit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustum inuentum est in me. Prou. Iustitia custodit innocentis uiam, impietas uero peccatorem supplantat; iustitia leuat gentem, miseros facit populos peccatum. Secundum quam ultimam sententiam apparet secundum bonum iustitiæ, quod est bona temporalia tribuere. Tertium est, quia homini pacem dat, & sic locum Deo parat in bobine. Psal. Factus est locus eius in pace, &c. Et Isa. Erit opus iustitiæ pax. Quartum est, quia spem in morte tribuit. Prou. Sperat iustus in morte sua. Quintum est, quia æternam benedictionem parat. Psal. Tu benedices iustum, &c. Prou. Benedictio domini super caput iusti, &c. Ecclesiasticus. Qui operatur iustitiam ipse exaltabitur, &c.

*Ieiunij incitamenta sunt quatuor.*

**P**rimum est, quia Deo placet quod potest ostendi dupliciter, primo per eius. Precepit enim ieiunium quadrupliciter. Primo per Gen 3 se, Adæ & Eux in Paradiso quando precepit abstinere à ligno scientiæ boni

I  
boni &  
sis. Leu  
tionis,  
phophe  
Daniel  
Sactific  
&c. Q  
In fam  
eius ex  
nauit q  
ginta n  
bolo di  
monio  
ne & i  
diabolu  
mes co  
quia po  
non in  
spiritu  
per lo  
non in  
mini m  
quenti  
  
Ie  
  
P  
fertus  
ergo